



ΕΥΦΗΜΙΑΙ,

In,

Supremam Philosophiæ Daphniden,

Auspice DEO TER OPTIMO TER MAXIMO,

RECTORE MAGNIFICO,

Viro Amplissimo & Consultissimo,

DN. ORTOLPHO

FOMANNO JUN.

J. U. D. & P. P.

Rectore Magnifico designato,

Viro Reverendo admodum, Præclarissimo,

DN. JOHANNES GER-

HARDO, SS. Th. D. celebratiss.

& P. P.

à Spectabili Facultati Philosophicæ Decano

Dn. M. PHILIPPO HORST

BRUNSWIGÆ, Poët. Laur. Cæs. &

Orat. P. P.

Solemniter pridie Nonarum Sextilium Anno Dei-hominis

post seculum sextum - decimum nono - vigesimo

in inclutâ Salanâ

Competitori inter XII secundo

NICOLA O Eisenwinner

COBURGA FRANCONI collatam,

Detantata ab Amicis.

COBURGI, TYPIS CASPARI BERTSCHII. ANNO M DC XXX.

Congratulationes.

Quam *Casimirigena* felici sorte *Camæna*
Emittunt *Cives*, Patria cara, *tuos*?
Ecce! *octo* genuit celeberrima *Jena* *Magistros*,
Egregia genij nobilitate pares.
Uno de partu tantam promittere prolem,
Non poterat *scamnis* classica turba *suis*.
Salveto ergo mihi Patriæ Pater, *inlyte* *Princeps*,
Debetur meritis gloria prima tuis.
Tu verò omnimodâ Tibi plaude, *MAGISTER*, ab arte,
Defertur studiis laurea sacra Tuis,
A te *Gymnasium* sanctos expectat honores:
Quid? si jam â fausto lumine, lumen habet?

*Eruditissimo juveni Dn. M. Eisenbinnero de novis
titulis ex animo gratulatur*

Joh. Matth. Meyfarti D. Rector *Gymnasij
Casimiriani.*

Ad Dn. Concivem suum,

Jure *Musarum Salanarum* civicô dignè
donatum in Philosophia summô:

ἐπίγραμμα.

A *Primo qui primus eras*, perdocte *MAGISTER*
Ordine in Aonio, quem dabat *Alma Salis*;
Sapius in summo stabis, (sim verus *Aruspex*)
Ordine, dum Tyrio murice clarus eris.

Clarus

Congratulationes.

Clarus eris patriæ, patriæ patriq; supremo,
Clarus, nã charus, sis TIBI sisq; TUIS!
Non adeò descendit honos, nec gloria, lucrum:
Non ubi conscendit cum PIETATE Labor:
Scande ergò & ferrum vinci, mala ferrea vince,
Artis sis victor, victor & arte Gregis!

M. Mich Ludovici, in Patrio, quod Coburgi est,
Illustr. Collegio orat. Profess. & Alum. Insp.

PERdilecte meis, FRATER NICOLAË, medullis;
Perdilecta animæ pars, NICOLAË, meæ,
Nos ambos patriâ, COBURG, Pater unus in auras
Ire vagas fecit; jam sumus ergò pares.
Nos ambos sacræ, COBURG, FRANCONIA tellus,
Rore rigavit aquæ; jam sumus ergò pares.
Nos ambos COBURGENSIS schola prisca SENATUS
Literulas docuit; jam sumus ergò pares.
Nos ambos claras Μουσῶν duxere per artes
Pulpita Gymnasi; jam sumus ergò pares.
Nos ambos lepidum quàm suaviter alma Salana
In gremium accepit; jam sumus ergò pares.
Nos ambos undis Academica JENA rigavit
Bellerophontæis; jam sumus ergò pares.
Nos ambos Phæbus Jenensis daphnide cinxit,
Laurôq; ornavit; jam sumus ergò pares.
Nos ambos tulit ad titulos Jenensis Apollo, &
Jura Magister I; jam sumus ergò pares.
Theiologia mihi adjecit præcepta Jenensis,
Aurea quæ faciunt recta subire poli;

Congratulationes.

Bartholus, ac Baldus SALÆ tibi Juris abyssum
Adjiciet gemini; Hic non sumus ergò pares,
Nec licet esse pares; Omnis quam nactus, adorner,
Spartham; Vult certum lectio certa virum.
Istis ergò novis Titulis, & honoribus istis,
Fraterno ex animo prospera mille precor,
Conatumq; tuum laudavi, laudo, subindè
Laudabo; Francum Francica facta decent,
Nec non tendo pias ad cœli sidera palmas,
Augeas ut studium Juris Iova tuum,
Æquarum & faciat tibi nota volumina LEGUM,
Per quas conspicuum statq; vigetq; FORUM.
EISENWINNERUS eris sic, sic in honoris adibus
Ædes, divitias gloria sicq; feret.

M. Georgius Eisenwinner Coburg.
Ecclesiæ Neohusanæ Pastor.

IN mundo nihil est beatum,
In mundo nihil est perenne,
Cadunt omnia, sola Fama
Et Virtus manet, ecce! salva.
Eisenwinner / Amice care,
Annis à teneris, in arvis
Vixisti clarius, die atq;
Nocte non renuens laborem,
Arte animum ut polires,
Et virtute animo venustum
Conferres decus. Haud fefellit

Spes. Nam Fama volans per omnes
Auras, esse caput tuum jam
Cinctum ritè mitrâ Sophorum
Cantat. Gratulor hanc & opto,
Ut qui cæruleâ Sophum nunc
Mitrâ ornari, ut induari
Cingariq; aliquando rubrâ
Mitrâ, quam Themis expetitam
Sibi promeritamq; gestit;
Fac-sis interea vigescant
In laudem Domini Camenæ.

Fautori & Amico suo colendo gratulabund. fecit

Johan. Zeifold. Facult. Philo. Adj.

Sic

Congratulationes.

Sic est: quisq; metit tandem cum foenore multo,
Quaecunq; in pinguem semina misit agrum.
Desidiâ torpens sterilis qui rura Vacunæ
Excolit, atq; nugas desidiosus amat.
Hunc sitis, hunc jejuna fames, hunc tristis egestas
Et premit, & tandem pessima quæq; metit.
At doctæ contra, qui sedulus arva Minervæ
Curat, nec dubitat tædia multa pati.
Hunc redamat Cyrrhæa cohors, Honor, aurea Virtus,
Et pendunt meritis justa brabeia suis.
Mnemosyne huic famam, claram sapientiam Athena
Largitur, Phœbus non minus artis opes.
Non opus exemplis, EISENBINNERE! sed ipsum
Sufficit exemplo proposuisse tuo.
Inter honoratâ claros virtute Magistros
A primo primum dum capis ipse locum.
Dum tibi purpureis redimuntur tempora tænis,
Fulget & articulis splendida gemma tuis.
Pallados hinc constat, fueris quòd cultor in hortis
Sedulus, & placuit ferre laboris onus.
Protulit ast dignos hæc agricolatio fructus,
Jamq; sui cultus præmia justa refers.
Ergò Magisterij dignum tibi grator honorem,
Quem tribuunt hodiè nostra Lycea tibi.
Servat & æternos ceu laurus frondis honores,
Sic nomen vireat tempus in omne tuum!

gratulabundus offert

M. Johannes Placcius Fac. Philos. Jenens.

p. t. Adjunctus.

A 3

Vray

Vray est ce qu'on dit, autant de teste autant d'opinion,
 Pon voit en ceux qui sans aucune discretion,
 Commencent quelques choses, mais vous non tellement,
 Et pour cela vous trouueray, non comme eux, ains comme un
 tres-sçavant.

Suo commensali

Johannes Henricus von Zersen Saxo.

Afjern tu titt namn bær;
 Arbeth: ty Phæbi schær,
 At binnas till een Krantz,
 Ty haller tu nu dantz,

Doch undflyr tu jernligh
 Blomster Woro tienligh
 Som nu tigh æhr firligh
 Med Musis fast Zirligh.

Interpr.

*Ferrocum nomen referas, quid ferrea cessas
 Tractare? an placuit teneros aptare lacertos
 Herbis Palladio natis in campô? ita. Verum
 Ferreus & labor hic est: Sint tibi tanta brabeja.*

Suo Consalino prolixior adfectus

Petri Gavelij Sueci adposuit.

DeWs dod tau, ClaWing! lab lain vntprat
 Aufchen tau god, un Wesselib tur clat.
 Jo tuta brâutzis progen capreschim,
 Tad bus tu Wén dauds lelocks Wirstomin.

Interpr.

*Ergo Magisterij, Nicolae, capefcis honores,
 Quos tibi tot noctes tot peperere dies.
 Quatulor ex animô (vates sum) plura sequentur,
 Si pergas studium continuare tuum.*

Hilce affectum suum erga Dn. Commensalem & competitorum suum testari voluit

M. Hermannus Pröbstingius Rigâ-Livonus. Tentan-

Congratulationes.

T - - - - Entanda via est, qua me quoq; possim
Tollere humo, victorq; virum volitare per ora.
Primus ego in patriam mecum, modò vita supervsit,
Aonio rediens deducam vertice Musas.
Primus Idumæus referam tibi, Mantua palmas.
Vox est Andæi Vatis, Latialis Homeri
Quàm in multis vigeat vox illa subinde superstes,
Tu vel in exemplum mi, EISENVVINNERE, venito.
Et tentanda mihi via, quâ quoq; possim, illa ipsa,
Tollere me, tentanda via est, victorq; virorum
Dicier, hæc eadem tua vox, laudabile votum
Usq; fuere, ut Amice tuum non signat ineptè
Nomen. Rectè. Tentasti gressumq; viamq;,
Gorgoneum illud iter, culmen, quo Te quoq; possis
Tollere humo, Te quod locet extra ignobile vulgus.
Rectè. Igitur meritò tua fert tibi præmia digna.
Aonio rediens, Te ducunt, vertice, Muse,
Primus Thymbraeus profert Tibi Phæbus Apollo
Palmas, Philosophi jam dum applaudente Senatu
Coetus, fers meritum nomen titulumq; Magistri.
Euge! Bonum factum! sic aspera prospra sequuntur.
Tenta, EISENVVINNERE, tuum non signat ineptè
Ut nomen, porrò, post aspera prospra sequuntur.
Tenta porrò viam, quâ porrò Te quoq; possis
Tollere humo, victorq; virum volitare per ora.
Tum Aonio rediens, Te, vertice, Diva Themista
Deducet, dum eadem referet Parnassia palmas.
Saltem tenta: & erit; post aspera prospra sequuntur.

congratulabundus isthac depr.

M. Andreas Sennertus.

Congratulationes.

Tanti est à pueris animum coluisse per artes,
Atq; novem studio sibi demeruisse sorores!
En ut victrici decoreris tempora lauru?
Ut gemmis digitos clarus, sublimis & altâ
Ut cathedrâ celebres inter numerêre Magistros?
Scilicet infracti sunt hæcce brabeja laboris,
Et parva studio doctrina præmia multo,
Maeste istis primùm donis, & quo trahit ardor
Entheus, i fausto pede, pergito pluvq; mereri.
Sors, mihi crede, tuis assistet prospera captis,
Atq; suâ numquam currentem deseret aurâ.

Suo Commensali

Magnus Dölger Hannoveranus.

Dum pugil Aoniis in castris Tu bene sudas,
Sudores numerant en quosvis præmia digna
Hinc tibi adest laurus quam porrigit alma Minerva,
Splendida mox capiti imponetur mitra Themistis

Suo Commensali

Conradus Schlüter Hannoveranus.

Magister Nicolaus Eisenvinner

Avazgar.

Mentis innova vires, vinces largè,

Duplici ardentem Veneri locasti
Hæctenus toto vigilans amorem,
Corde, formosa & themidem Sophia
Associasti;

Pronior

Congratulationes.

Pronior quarum facili favore
Jungitur nunc in cathedra Sophia,
Dum tibi credit fidei jugali
Seq̃ tuapte.

Nam tuo mitram capiti Magistri
Splendidam imponit, digitum auro adornans
Teq̃ Doctorem Sophiæ reclamat
Ritè Decanus.

Ergò quid jam nunc tibi, Nicolae!
Proderunt mitra nova dona? Nempe
Artium nôris alimenta grata
Semper honores:

Hoc novo motus titulo ergò Mentis
Innova vires Themidem sequentes,
Sic huic vinces inimica largè
Monstraq̃ Sponsa;

Atq̃ sudore hoc superato abundè
Jungier Sponsa poteris secunda,
Tempora hac fertus Themidos reportans
Mox redimita;

Ergò quid jam nunc tibi, Nicolae!
Muneris reddet, Neonymphe Phæbi
Quidve votorum mea cantabit
Musa novorum?

Scilicet vergens honor hic honorem
In Dei, summam publicæ salutem
Et Rei, vitam ferat ut beatam
Optat utramq̃!

affectu, fraternâ amicitia, & amicâ fraternitate script.
à M. Henrico Bechstadio Alt. Misn. LL. Studioso.

B

Ein Kriegsmann z'finden ist/der sich so wagen solte
 In grosse Lebensgefahr/ wo er nicht hat besolde/
 Bisweilen noch darzu verhoffte grosse Beuth/
 Die er bekommen mögt/wenn gschehen ist der Streit:
 Desgleichen keiner ist/ der solche Müh ertrüge/
 Noch jemals dächte dran/das weißlich er erstiege
 Apollo hohes Schloß/wie sie da mögen Speiß/
 Von Musen Brunnentranck/bekömen viel mit Preis:
 Wo ihnen gebe nicht Apollo reich von Güte/
 Der nimmersterbend Zweig / mit Ehr auch überschütte/
 Die ihn gehören an / vnd trewlich dienen hie /
 Auch darzu willens sind ihn zu verlassen nie.
 Solchs mir bezeugen kan Herr Eisenwinner feste/
 Weil er Apollo hat gedienet lang auff's beste /
 Doch nicht vergeblich auch auff sich zu nehmen Müh/
 Gedachte/wo er nicht verhoffet hette hie/
 Mit Ehren reich vnd mehr mit Titul viel begabet
 Zu werden/welchs ihm sein müden Leib erlabet/
 Weil er ganz lasse ist von stettigem Studiren/
 Vnd grossen Büchern/des Tags vnd Nachts/volviren.
 Zu diesen Ehren dein / Ich dir wünsch Glück vnd Heile/
 Daß dir die Ehre sey ein starcke feste Seule!
 Mercurius nun auch dir bringe Musen Safft!
 Apollo dir verleih/des Sinnes reiche Krafft!
 Themis dir wohne bey / der du dich wolst vermählen/
 Vnd wo von nöthen ist/die Wahrheit nicht verhalten!
 Sophia nicht verlaß mit ihrem zarten Klang
 Dich/weil du ihr zu Dienst nun auffgewartet lang!
Certandum

Congratulationes.

Certandum est: nulli veniunt sine Marte triumphum
Nulli magnus honos absq; labore venit.
Certasti multis: Parat augur Apollo triumphum,
Cumq; labore venit sicut tibi magnus honos.
En capiti, digitos, nomen, dat, adornat, adauget,
Mitram, ac anello, literâ. Et hoc satis est!

Crasso calamo, pectore candido

à

Johanne Conrado Mohrn Mœno-
Francofurtano.

E *St decus egregium hoc, studiûm quòd maxima dignus
Præmia, quæ Musa dant tibi, percipias.*

Eximias dabit hinc laudes, qui texere novit

Carmina, votivus quæ tibi contribues.

Constitui modò nunc, optanti, farier unum:

GRATULOR: hinc ingens vis quoq; sublatitat.

animitus scribebat

M. Johannes Marci, Norimber.

Sunt qui desiderant divitias Midæ,
Sunt & Cæsareum qui cupiunt situm,
Sunt qui sanguineo regna animo petunt;
Factum sed stolidum! quid juvat aureum
Sceptrum Cæsareum? consimile est meræ
Umbellæ, citius quæ rapido peric
Momento, subitò quoq; opes ruunt,
Verùm te meritis laudibus exeho

B 2

Eisnvin-

Congratulationes.

EIS NVVINNERE, paras laudis agonaq;
Veræ, dum vigilans persequeris Sophos
Clarum, dumq; colis Palladis & Suadæ
Artes ingenuas cottidiè studens:
Famæ demeritus jam titulum petis,
Immortale decus crede magisterii
Lætus sicq; lubens gratulor en tibi
Condigno, ex animo de titulo novo,
Majoremq; precor, pro fit honos, vale.

Scribebam & ex animo gratulabar
Daniel Sadow Saxo.

Quasitam gladio laudem probet hic; tibi laurum,
Quæ venit ex studijs, sit placuisse satis.
Hinc perpes magna consurget gloria fama,
Et crescet nomen tempus in omne tuum.
Hocce diu valeas felixq; utaris honore
Ac superes Pylis tempora longa senis.

Suo Commensali
Henricus Kercker Frisius.

ECce tibi exhausto multo, NICOLAE, labore,
Hi dantur fructus, atq; refrigerium.
CHRISTE, fave cæptis, EIS NVVINNERIQ; labori,
Posthac ut crescat lausq; decusq; suum:
Qualiter accrescunt rami frondentis olivæ,
Aut veluti ad ripas crescit amœna cedrus.

bonæ scævæ ergo fecit
Jonas Dening Lunæburgâ-
Saxo.

Hic

Das Edle Musenheer hat er zusamm beschrieben /
 Der Lustmann das Gebot vom Binden fortgetrieben
 Hat außgericht / den Ort des Hoffis zugleich be
 (stump)

Da wo der Haußberg hoch die Saal in Freund-
 schafft nimbt.

Da ist der schöne Saal in dem Parnas erbawet /
 Die Schaar der Cherubim auff ihm mit Lust abschwet /

Die Ehrenreiche Stell ist Jena diese Stadt /
 So die Kunst zu ein Schloß ihr außgewehlet hat

Daselbst Apollo wird die Sieges Zeichen stellen /
 Und solt Bellona wild auß groben Stücken bellen.

Der Nymphen Gymbelklang diß überschallet
 weit /

Izt zeucht der Musenheer ein in der Herrligkeit.

Die Fama gehet vor / Honor folget geschwinde /

Mit Lob gezieret ist / Minerva, dein Gesinde /

Vom Lorberbaum die Sonn bescheint die Zweigelein /

Die von dem grünen Ast jung abgebrochen seyn.

Gewiß Apollo wil die Tapfferkeit belohnen /

Ein siebenfachen Kranz verschencken für die Cronen /

Die mit erleuchtem Ein mit unverzagter Hand.

Mit wolberedtem Mund / in Archimedes Sant

sch haben exercirt, und Ritterlich aesiaget /

Als die Unwissenheit mit Wissenschaft gekrieget /

Erhalten

Erhalten nach dem Streit das Zugendfreye Seld,
 Wie thut von anbegin ein Frewdenstrenger Held.
 O Mars entweiche bald nach den Schneefalten Landen /
 Versuche deine Stärck am Feind / mach den zu schanden /
 So in der Alten Burg sich starck hat eingeschankt /
 Vnd wartet biß der Fels mit Eisern Kugeln Dankt.
 Billich du weichen solt / nichts gelten deine Thaler /
 Durch deiner Waffnen trug die Freyheit ist verrathen /
 Dein Sieg wird außgemacht / die Zeichen man veracht /
 Vnd deine Sterblichkeit die Ewigkeit verlacht.
 Apollo dein Triumph muß immerdar verbleiben.
 Als lang d Sphæren auff fan lichte Sterne treiben
 Vnd wo die Musen seyn Bellona ist verjagt /
 Durchs Graß sie ist gesprengt gleich einer Bawrenmagdt.
 Der Keyserliche Thron ist nunmehr auffgerichtet /
 Die Fama überlant auff Herolds Art berichtet /
 Phæbus den besten Danck hab denen zuerkeñet,
 Die vnser Mutter sprach die frommen Francken
 Erhebt nun ewre Stimm / ihr Casimirianen! (nennet.
 Nach Thon der Nachtigall / vnd der Poëten Schwanen /
 Acht ewrer Bürger seyn die der Apollo ziert
 Als sichs nach Sitten / Recht vnd alten Brauch gebührt.
 Herrn Eisenwinnern Ich meinn hochvertrauten
 Freunde
 Gern gönne diese Ehr / die mal contenten Feinde
 Mögen mißgönnen ihm / können doch nehmen nicht
 Was in das Schaden Aug mit vollen Flammen sticht.
 Heut

Heut thut der Musen Hand die frische Zweige winden/
 Für harte Dornstreich die Blümlein binden/
 Was das Verdienst sich mehrt/ kan es von Golde
 sehn/

Da Themis selbst setz die Edlen Perlen drein.
 Glück meinen trewen Freund/von vielen außerkoren
 Der Tugend in Gemüht zum Freunde mir geboren;
 Der Anfang solcher Ehr wird sich erstrecken weit
 Und niemals enden sich als in der Ewigkeit.

Glück dieser werthen Stadt / die Kunst thut sie belohnen/
 (Und solt der stolze Mars mit Schanden sich verhöhnen)
 Und sitzt in sanffter Still des thewren Friedens wehrt/
 O Gott! hilff das Er bleib allzeit in schneller fehrt.

Auß wolmeynendem Gemüht verfasst
 von

Joh. Heinrich Nagelgans Rodach. Franc.
 Philosophiæ Studiofo.

Unius uxoris decet esse virum: secus ergò
 Tu tibi cur spondes & Sophiam & Themidem?
 Aut facis equalem te sanctis sic Patriarchis,
 Aut Mahometigenis? Quadrat utrumq; parum.
 Res salva est: Sacro doctori lex ea dicta:
 Juris consulto non legitur similis.
 Quod si urgent legem, Sophiam tibi dicito servam,
 Vxorem Themidem, lis ita tota cadet.

Ita inter applausus publicos jocabatur
 T.

Cassparus Rebhan Hilperh. Fr.

Miles

Milles triumphans optimè Duci suo
 Grates referre natat omnibus modis
 Pericla quòd vitaverit
 Jugi ipsius prudentiâ
 Abs rege turba militaris corpus est
 Abs spiritu: nec non ubi summus deest
 Rex prælii, malum citò
 Quod impediret ipse, fit.
 Hic hostium propellit impetum, probo
 Strictoq; , in arvis, classico, tum milites
 Periculorum turbine
 Educit atq; liberat.
 Artes pari modo necesse lumine
 Ducantur almo, ne obruantur hostibus,
 Inscitiâ, caligine,
 Et insequentibus malis.
 Ad templa Te scientiæ Clarissimus
 Deduxit alta Schalius cum cæteris,
 Ac pandit omnes artium
 Textos recessus gnaviter.
 Potire jam victoriâ laudabili
 Ductore tanto, fama cujus garrula
 Per integras urbes volat,
 Per multa lustra, & secula.
 Ductoro tanto, castra Musarum, manu
 Indefinente, urgere, castè invadere
 Fautor studebas optime,
 Hinc præmiis ornaberis.

C

Te vidit

Congratulationes.

Te vidit immorari tam Cynthia,
Quàm frater ejus Cynthius, doctissimis
Scriptis Sophorum, nec cohors
Hinc avocavit ulla TE.

Auferre nunc licet petita præmia,
At castra cum ventum novem sit Virginum:
Ubi trophæum nemini
Referre negant Numina.

Ego, quod unum jam datur charissime,
Ex intimo, de honore, corde gratulor.
Qui calcar esto fortius
Astræ ad arcem ut convoles.

Gratulab. facieb. Jena
Johan-Paulus Felwinger
Noribergensis.

FVndere votorum quidni essem mille paratus,
Intima quæ cordis progenuère, tibi?
Astripotentis honos NICOLAI crescat honore!
Publica succrescant commoda quòq; novo!
Fortunata salus hujus quam tempora vita
Æternaq; ferent, te maneatq; precor!

Pauculis hiscè sincerum & intimum
amicum honorare voluit & debuit

Johannes Weber Denstet:
Thurigeta.

NICO-

Congratulationes.

NICOLAUS EISENWINNER US

per Anaxagor.
VINCE SALUS NIVENIS, VENOR.

Dum tu venatus semper pro fine salutem,
Eloqueris meritò, VINCE reperta SALUS
Omne malum: quod NIVENIS, hinc te VENOR eousq;
Auferat omne malum, donec Iova meum:
Quod precor ex animo superetur honore novello,
Ne te venatu, posteriore graves.

Ita ex animo vovet suo Commensali
Christian Herold Gryph. Pom.

Nomen ut durum sonat, & labores
Sic graves durosq; colende multum
In tua intrasti Sophia subinde
Arte viaq;
Militat fortis pia lingua nostri
Agminis dixit, studium celebri
Marte pertractans satus ille victor
Stirpe Coburga.

Gratulor: Palmam video, reportat
Quam suo victor (pia palma) Marte,
Palma laudanda est, ferat ille toto
Tempore Palmam.

Iuris & Palmam feret iste tandem
Victor, in primo studio modò unam
Qui tulit, certe reliquos honores
Participabit.

Ita gratulabar
Matthias Fridertch Phil. & Theol. Stud.

C 2

Cultor

Congratulationes.

Cultor strenue ter trium Sororum,
EISENVINNERE, decus politorum,
Gemmans flos juvenum eruditiorum;
Toto Phœbus Apollo cum senatu
Musarum, capiti tuo tiaram
Imponit, digitos tuos venustis
Gemmis condecorat probè, **MAGISTRI**
Indelebile nomen addit, ut sic
Detur perpetuum tibi brabæum
Tui multiplicis laboris, atq;
Nonignobile Testimonium, quod
Summis viribus, ac amore summo
Ipsis à teneris amâris artes,
Quæ nunc conciliant tibi favorem
Doctorum, simul inter eruditos
Telocant, ut eat tui per orbem
Fama nominis atq; consequâris
Hæc insignia. Fausta sint tibi ergo
Cuncta præmia, quæ tui laboris
Dedit sedulitas magis magisq;
Crescant quotidie, quod opto, spero,
Cultor strenue ter trium sororum
EISENWINNERE, decus politorum
Gemmans flos juvenum eruditiorum.

φιλικὴ ἐνεκα ἁποφ.

à

Johanne Stephano Götzio Nafsach.

Fr. Philos. Stud.

Maximi

Maximi Musa suboles Parentis,
 Qua salutare colitis recessus
 Et nemus sacrum, & Clariò scatentes
 Flumine valles:

Quæq; sublimes facili coronas
 Texitis dextrâ, & titulos perennis
 Laude victuros datis undiquâq;
 Gloria Alumnâ.

Ecce sextentas voveo coronas,
 Pro mei, vobis, veteris recenti,
 Quâ revinxistis meritò coronâ
 Tempora, Amici.

Tuque, seu celsò latitas olympò,
 Sive cœlesti revocata sede
 Curiam rursus celebras relictam

Diva Themista
 Strenuè rectò tua sacra passu
 Templâ nitentem penetrare, certam
 Quâ sibi portam pietas Dicesq;
 Regula signat;

Interim amplexu placidò fovebis!
 Donec excelsò Cathedra locatum
 Ponte, Doctoris titulò beâris
 Juris utriusq;.

Tunc Themis fusas tereti per herbas
 Atq; Cyrrheas, charitasq; cunctis
 Dulce mi curis erit expedito
 Dicere versu.

Congratulationes.

Quippe, quâ densas micat inter alnos
Cynthius, molli residens in umbra
Vota persolvam, cumulans sacratis
Fronibus aras.

Nunc comas thymbræ sat, amaracumque
Et ruta caules dare; post viventes
Offeram Palmas, & Apollinaris
Germina Lauri.

Fufum Sympatriotæ suo honorando lætæ gratulati-
onis & amicitiaë ulterioris ergò

â

Justo Ammone Schneiâ Franc.

Quod non omnis amor Phœbi vilescat, & artes
Haud contemnantur, lux hodierna probat.
Nam tibi, festivè, EISNBINNER, datur atq; MAGISTRI
Immortalis honor nominis atq; decus.
Hic honor, hocq; decus, meruit quod strenua virtus
Ut ter sit felix pectore & ore precor.

Johannes Seising
Menthuf. Fr.

Turbida non rarò veluti post nubila celi
Rursum splendescit nitidissima solis imago:

Sic

Congratulationes.

Sic post Herculeos susceptos sæpè labores
Insignes laudis plerumq; sequuntur honores,
Hocce tuum exemplum probat, Eiseuvvinner
amande!

Nam postquam clarus teneris vigilanter ab annis
Artes tractâris Musarum & Apollinis, ecce!

Jam non immeritò meritò cumularis honore,
Atq; Magistralem cum famâ & laude perenni
Unâ cum reliquis mitram capis atq; coronam,
Quâ te condecorat celeberrima nostra Salana.

De tantis igitur tibi grator honoribus; Ecce!
Sic eris eximium charæ patriæ ornamentum;
Ut rosa flos florum, reliquis præ floribus horti:
Sic insigne tuum crescet per tempora Nomen,
Ac honor egregius florebit & usq; vigebit.

*Philippus Zeisold Altenburgô
Misnicus.*



Gratulor, ecce! tVo Docte Eissenb Inner honorl;
IVDICIIIs tltV Los te reper lffe saCros:

Daniel Schwalb Heltburgâ
Franc.

Gratulatio

Congratulationes.

Gratulatio serius transmissa,

EISNWINNERE, tibi si non gratârer honores,
Quos animi dotes promeruêre tui:
Vix possem veri defendere nomen amici,
Gaudia Damonis cum quoq; sint Pythiæ.

Ita gratulabundus adcinui
Guilielmus Scheffner
L. L. Studios.

FINIS.







COBURGI,
 N I
 Sole
 Dn. M
 Dn. J
 Dn.
 Auspic
 PHO
 N.
 GER.
 ORST
 am,
 M DC XXX.
 77

6

